utitur, pari inquam modo regionis istius incolæ, dum musi
corum instrumentorum usum, dulce nimium ac delicatum
illis pabulum, in sacris ædibus audierint, non illis ad ex
citandum maioris pietatis ardorem, sed ad vanitatem, ac
animi evagationem, auriumq oblectationem provocabuntur
nunc autem in sexu muliebri Superi quantam non pie
tatem, quæ ardentia suspiria, quos gestus, quos precandi
modos, quos calentium lachrimarum fontes, quibus profecto
nihil istis mulierculis solemnius est, musica nostra in
strumenta excitabunt. videtis ut indefesso celeri, tremu
lo labiorum motu, spumante proremodum ore, inter gemitus
inter suspiria nutante ac gesticulante vertice quas pre
ces quodammodo urgentes deproperent, ut nunc se moveat
ac titubant humeri, quasi de nimio devotionis pondere
quiduli, ut nunc sensim corpus totum se proclivie in
frontem mergit, aby profundit, non secus quam si stillan
tium oculorum tergum premeret, repente deinde caput in al
tum cum ardentissimo et sitibundo suspirio, leniq palmarum
compositione iactant, celuti si Dominum Deum deprecare
aut devastare, aut ipsum summi Regis palatium precibus
defatigatura essent, interea Superi, quos ista mulierculæ
susurros, quos sibilos, quas ut ita dicam inquietudines
excitant concitantq, conglomeratorum fourorum sibilos
à longe quis sibi persuaderet audire, iam verò simulac
dulcia hæc pietatis famisca pabula deficiunt, tum ec
ce omnis paulatim, piscis instar ab aqua destituti, clang
uescit et extinguitur pietas, si tamen pietas illa dicenda

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20286r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20286r)